



Kern 86
(1-54; a-g)

NOTITIA LABORVM

QVIBVS
PROFESSORES ET DOCTORES
ACADEMIAE FRIDERICIANAE

PER
MENSES HIBERNOS

MDCCCXXXIX.
TAM PVBLICE QVAM PRIVATIM OCCVPABVNTVR
EXHIBITA
PRO-RECTORE

IO. PETRO DE LVDEWIG IC.

CANCELLARIO PERPETVO

POTENTISSIMO PORVSSIAE REGI A SANCTIORIBVS
CONSILIIS ET REGIMINIS IN HOC DVCATV SACRI
ET CIVILIS, COLLEGII ICTORVM PRAESIDE, AERA-
RII PAVPERVM DIRECTORE, DYNASTA IN
BENDORFF PRAETZ ET GATTERSTAEDT.

LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IOACHIMVS Lange publice, praeter confuetum examen dogmaticum, hora IX. partem Theologiae *moraalem*, ad ductum libelli sui de hac editi, tractabit; privatim vero hora III. *sermone Christi Ioanneo* interpretabitur.

D. GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS tradita adhuc introductione generali in Psalterium, specialem in singulos Psalmos addet. Perget etiam in paraenesis confuetis ex epistola ad Titum monita pastoralia suppeditare, additis etiam aliis, quae quouis tempore status auditorum expofcet. Aferctis horis priorum Pauli ad Corinthios ad vsus vitae Christianae porro transferet. Denique exercitia homiletica rursus continuabit.

D. CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS publice hora II. principis prophetarum Efaiae vaticinia explanabit; *privatim* vero hora IX. confuetas praelectiones in N. Testamentum continuabit, Acta Apostolorum & S. Pauli epistolam ad Romanos illustraturus.

SIGM. IAC. Baumgarten publice diebus Lunae & Martis hor. XI. finita propediem *hermeneutica sacra, historiam religionum sectarumque* enarrabit, *afcericam* praeterea *psalmorum* explanationem diebus Solis hor. III. & *disputationes* dogmaticas dieb. Saturni hor. II. continuabit; *privatim* scholis hor. VIII. *theol. dogmaticam* ad compendium Freylinghausianum redordietur; hor. XI. quatuor reliquis a collegio publico diebus *theol. polemicam* ad ordinem doctrinarum theticarum proponet integrum annum; hor. III. post epistolam ad *Hebraeos* breui finiendam *priorem ad Corinthios* interpretabitur: *privatissimas* operas, quas recepit, sedulo praefabit.

D. BENEDICTVS GOTTLOB CLAVSWITZ H. X. perget in *lectionibus publicis zhereticis*, quae in Vener. Senioris D. LANGII oeconomiam salutis dogmaticam habentur. H. II. diebus Lunae, Mercurii, Iouis & Saturni *Epistolae Iobannis* exegerica & practica tractatione explanabit. H. III. *Institutiones homileticas* breuibus aphorismis exhibebit, exemplisque ex euangelis dominicalibus & festiualibus petris illustrabit: *Afcericum die Solis* H. VI. continuabit. In collegio *disputatorio* vero die Mercurii H. I. *controversias cum Pontificis* a B. VVDDO in comment. de veritate religionis etangelicae exhibitas ventilabit, nec non *publicas de fide in Iesum Christum disputationes* exhibere perget.

D. IO. HENR. CALLENBERG publice, Hora IX. trium *posteriorum* hebdomadis dierum, prioribus tribus mensibus, scholam habebit *methodologicam*, qua *excolenda theologia dogmatica, moralis, antihetica, parvificia*, nec non *historia & iurisprudencia ecclesiasticae ratio* ostenderur: reliquis vero mensibus *isagogicam*, qua *generatis intrductio* fiet ad *singulorum Novi Testamenti librorum lectionem*. Continuabitur quoque *theologiae antiindaeicae* exercitatio. *Privatam* industriam *philologiae* impender.

D. IO. GEORG. KNAPP publice h. 5-6. vespertina *historiam ecclesiasticam Novi Testamenti* incipiet. h. 11-12. in reliquos V. T. libros *historicos*, h. 2-3. vero in difficiliore ex *hagiographis, succinctorum lectiones exegeticas* continuabit, nihilque praeternit, quod ad sufficientem illorum intelligentiam, atque ad vsum in doctrina & vita christiana pertinet.

IVRI

Kem 86 (a)

IVRIDICAE.

CANCELLARIUS de LVDEWIG hora XI. IUS FEVDALE docebit, *iuris publici* fidelissimam fororem, b. m. STRVVIO duce; sed comite, quod eidem solemne semper, ueritate & iustitia forensi. Deseruit prelum *tomus I. IURIS FEVDALIS*, autore eodem; ubi a *peregrinis Longobardiae*, patria *Germanici* imperii feuda tam *principalia*; quam *provincialia Landassica*, misere adhuc contorta & confusa, ex usu nostrae reipublicae, distincta ac iniuicem separata & restituta sunt postliminio, per lumina medii aevi monumentorum. Hora III. INSTITVTIONES DIFFERENTIARVM *iuris Romani & Germanici* interpretabitur. Quo remedio forensibus bellis causisque eorum innumeris confuletur. Cumque *Europae populorum iura* uniuersim respondeant *Germanico*, unamque ita prodant originem; ei non difficile erit, in gratiam peregrinorum, addere *Germanica, Suecica, Danica, Hungarica, Liuonica & Curlandica*, imo *Belgica & Anglica*, ad illustrandam horum omnium pulcherrimam harmoniam. A PALATINIS SCHOLIS eum cohobent statuta, ob multiplicia negotiola academici PRORECTORATVS.

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER, IC. scholas publicas, ad PVFFENDORFII opusculum *de habitu religionis ad vitam civilem*, ob morbum grauissimum & diuturnum, quo per semestre aestiuum afflictus fuit, intermissas, instante semestri hora III. pomeridiana auspicabitur, & his ipsis viam ad rectius intelligendum ius canonicum pandet. Priuatis laboribus in *parte I. Digestorum* explicanda perget, qua finita, mox ad *partem alteram* properabit, idque ager, vt, more consueto, finem huic collegio futuris nundinis paschalibus imponere possit. Addet praeterea hora IX. interpretationem *iuris canonici*, duce compendio a se edito, atque selectioribus quibusdam, diebus Mercurii & Saturni, viam monstrabit, qua in expediendis & executiendis actis incedendum sit.

IO. GOTTL. HEINECCIUS, IC. praeter pensa ordinaria, id est, Interpretationem INSTITVTIONVM & PANDECTARVM, quam horis consueta & hoc hiberno semestri denuo auspicabitur, hora nona antemeridiana plurimorum optimorum commilitonum precibus locum daturus elementa IURIS GERMANICI exponet, & ad singulos titulos, quae iuris patrii scita in exsilium egerit iurisprudencia Romana, quaeque etiamnum constanti vsu vigeant, accurate, nec sine adparatu ostendet.

SIMON PETR. GASSER, ICt. *publice* hora XI. *oeconomico-cameralia* tractabit, & quoniam haectenus ex aliquo tempore obseruauit, pauciores genuinum de hoc collegio sibi formare conceptum, suafor est, ut praefationem operis legat, qui intentionem *Regiam* ignorat. *Priuatim* hora X. & II. pom. Commentationes ad *Pandectas Ludouicianas* denuo inchoabit, nec non hora III. pom. Collegium *practico-elaboratorium* ad suas *Positiones practicas*, quae cum oeconomico extant in Orphanotropheo. Initium collegiorum erit finitis nundinis Lipsiensibus d. 19. Octobr.

D. IAC. GABR. WOLF *publice*, hora IV. GRIENERI *principia processus iudiciorum* suis iterum commentationibus diligenter illustrabit, ac variis obseruationibus, in calamus dictandis, locupletabit. *Priuatim* autem, hora VIII. matutina, G. A. STRVVII *iurisprudenciam Romano-Germanicam forenssem* pari ratione explicabit. Praeterea, horam IX. *iuri canonico* omni fide interpretando impendet; Duce optimo, Illustri Dn. BOEHMERO, in institutionibus iuris canonici, tum ecclesiastici, tum Pontificii. Post, hora XI. V. C. MASEOVI *principia iuris publici* doctrinis suis clariora passim reddet atque auctiora. Denique hora III. BVRC. GOTTH. STRVVII *iurisprudenciam feudalem* exponet, naeuosque, pro more, emendabit. *Initium*, finitis nundinis Lipsiensibus, A. S. N. facturus.

CAR. GOTTLIEB KNORRE interpretabitur *Institutiones Iustiniani, Pandectas Ludouicianas*, & STRVVII *iurisprudenciam forenssem*. Accedit *Collegium Practicum elaboratorium* ad ductum der gründlichen Anleitung zum Proceß, cuius editio altera, auctior & formularum adparatu locupletata prodiit. De horis Dominos Auditores & valuis publicis mature monebit.

IO. GERARDVS SCHLITTE scholas consueta ad *Institutiones*, STRVVII *iurisprudenciam forenssem*, LVDOVICI *Doctrinam Pandectarum*, aperiet, ad instantiam Dnn. Auditorum, hoc semestri, Collegium *examinatorium* in STRVVIVM additurus. *Initium*, Deo propitio, finitis nundinis Lipsiensibus, d. 19. Octobr. fiet.

IO. SAMVEL FRIDERICVS BOEHMER per instans semestre exponet hora VIII. compendium suum *iuris criminalis*, hora IX. *ius Naturae* duce PVFFENDORFII de offic. hom. & ciu. hora X. & II. Dn. Parentis *Pandectas*, hora XI. ipsum *Institutionum* textum, hora III. STRVVII *iurisprudenciam feudalem* quibus addet ad preces quorundam collegium *examinatorium ad Pandectas*, hora VI. vespertina cum numero selecto. Publicis praelectionibus destinauit expositionem doctrinae de *successione ab intestato*.

MARTINVS SCHMEIZEL *publicas* operas continuabit; *Priuatim* horis & quidem X. *iuris Publici S. R. I. origines, progressum, facta, praesentemque eius faciem* exponet. XI. *Masonii Principia Iuris Publici* denuo illustrabit; II. *Comisiorum Imperii Historiam, modumque habendi*, enarrabit.

IO. EHRENF. ZSCHACKWITZ, Prof. Iur. Ord. Hor. VIII. mat. ex STRVVIO *Historiam Imperialem* docebit, adiunget *Animaduersiones* suas in hunc Authorem, quae sub Titulo *Introu-*
ktionis

ais profant. Et quibus Dnn. Commilitonum hæc hora minus commoda, eos Hor. XI. expe-
 Hor. II. pomer. ex SECKENDORFII *Fürsten-Seaat*, genuina Principia *Politices, & Oeconomiae*
eralis tradet, adiuncta, & quidem Duce Autore, genuina Explicatione & *Iuris Feudalis, &*
Feudorum origine, prout quæuis hæc quoad Praxin se habet. Hor. XI. *Historiam Imperialem* ex-
 hibebit, ea methodo, vt authentica *Iuris nostri Publici* Principia demonstrantur. Hor. III. pom-
 præeunte Compendio MASCOVIANO, *Ius Publicum* explicabit, prælucente tamen & ipsa Histo-
 ria, ipsaque Praxi, documentisque publicis, quæ, simul quoad Historiam *otriusque* speciei, vbiuis
 ad manus. Hor. IV. ex PVFENDORFII *Einleitung zur Vniuersal-Historie*, res gestas & Historiam
 omnium Regnorum & Rerum publicarum, quæ in orbe florere, & adhuc vigent, dilucide exhi-
 bebunt, enucleabitque, adiungit cuiuslibet *Præsentationes illustres*, & quidem has ex *Introductione* sua.

D. IO. TOBIAS CARRACH interpretabitur 1) *publice* Illustr. DN. BÖHMERI *Institutiones*
Iuris Canonici, priuarim 2) docebit *Ius Naturæ & Gentium* duce PVFENDORFIO *de Officio Homini-*
& Ciuis, 3) & ad *Institutiones Iustinianæ* tradet *Differentias Iuris Romani & Germanici*, 4) quas
 etiam exponet ad *alteram partem Introductionis in Ius Digestorum* Illustr. BÖHMERI, 5) offert quo-
 que *collegium processuale elaboratorium*: horas singulis lectionibus destinatas ex valvis publicis
 indicabit.

MEDICAE.

FRIDERICVS HOFFMANNVS Academiae Senior. Quum singulari diuini Numinis cle-
 mentia mihi iam extremum vite stadium decurrenti mentis æque ac corporis vires integræ ha-
 stenus persisterint, vt superiori semestri quatuor per hebdomadam horis non sine insigni Dn.
 Philiatorum confluxu & applausu doctrinæ clinico-practicas absoluerim; firmiter nunc etiam
 spero, fore, vt per hoc, quod instat, semestre, iuuante DEO, in vtilissimo hocce labore pergere
 valeam. Quum vero DEVS simul ita conatibus meis adspirauerit, vt nunc medicinam systemati-
 cam, quæ vna cum reliquis opusculis a me editis sub finem huius anni Lugduni Gallorum lucem
 adspiciet, ad finem feliciter perduxerim; nullus deero, in peculiari collegio cum Nobiliss. artis
 medicæ cultoribus selectiora vsuque diuturno comprobata remedia, & concinnas aduersus omnis
 generis morbos formulas communicare, seduloque ipsos docere, quo nexu, quo ordine & tem-
 pore, quaque mensura, secundum diuersam subiectorum & causarum indolem, in vsum vocari
 debeant.

MICHAEL ALBERTI. *Publicis* Lectionibus Praxin Extemporaneam explicabit. Priuatim
 institutionibus Physiologiam, Pathologiam & Materiam Medicam continuabit. Therapiam
 autem generalem, eamque completam p. m. a. II. ad III. b. c. D. exordietur.

IO. IVNCKER publice chirurgiam medicam continuabit. Priuatim physiologiam, patho-
 logiam, terapiam generalem & specialem tractabit. Priuatissime prouectiones in praxi clini-
 ca exercebit.

D. IO. HENR. SCHVLZE publice diebus Mercurii & Saturni hora II. interpretabitur apho-
 rismos Hippocratis. Priuatim pathologiam specialem cum semiologia & praxi coniunctam
 tradet binis quotidie horis. Etiam de materia medica disseret: & forte dispensatorium quo-
 que Brandenburgicum illustrabit.

FRIDERICVS HOFFMANNVS, P. P. O. Demonstrationibus materię medicæ æque ac
 physicæ curiosæ ad finem nondum perductis, easdem annuente Numine diuino per sequens se-
 mestre spatium publice continuabo. Priuatim vero fundamenta chymicæ tam pharmaceuticæ,
 quam physicæ experimentalis ab hora II-III. ita tradam, vt simul curiosa, eaque non factis obuia
 experimenta, subiunctis rationibus, demonstrarem.

PHILOSOPHICAE.

IO. GOTTL. HEINECCIUS IC. hiberno hoc semestri, perducta ad finem HISTORIA IV-
 RIS, a se conscripta, publice exponet *philosophiam moralem*, itidem a se adornatam, daturus ope-
 ram, vt doctrinas vitæ, non scholæ attemperet, neque tam subtilitatibus & quæstionculis spino-
 sis, quam iis, quæ cum in omni vitæ genere, tum in primis in iurisprudentia addiscenda ex-
 ercendaque, vsum sunt habitura.

D. CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS, hora III. prælectiones Targumico-Rabbinicas, ad
 ductum *Hofes illustrati* a Celeb. HARDTIO editi, & his finitis, Aethiopicas instituet: vtrasque in
 gratiam illorum, qui in Orientali philologia alius prouehi cupiunt.

MICHAEL ALBERTI *Publice* Physicam, ad usus medicos referendam, iuxta positiones
 suas proxime inchoabit: præterea Collegium Logico-disputatorium ad finem perducet.

IO. IOACHIMVS LANGE, Math. P. P. O. publice h. 2. *Mathesin puram*, i. e. *Mathesin vni-*
uersalem, Arithmetica, Geometriam atque Trigonometriam: priuatim vero h. 4. *Mathesin ap-*
plicatam, i. e. disciplinas Mechanicas Opticas atque Astronomicas, cum Architectura ciuili atque
 militari; & h. 5. *Algebram*; tandem h. 6. *Astrognosiam* docebit. In Lectionibus *physicis dogma-*
tico-experimentalibus, h. 1. *Elementa* sua physices dogmaticæ & experimentalis ita exponet, vt
 dogmata experimentis illustrentur & confirmantur. Initium harum lectionum erit d. 12. Octobr.

MARTIN. SCHMEIZEL *publicis* horis, quæ in *Historia eruditionis vniuersæ* restant, abfoluet.

Priua-

Privatim hora VIII. *Geographiam*, IX. *Historiam Vniuersalem* reperet; I. duabus horis *Heraldicam Praecepta* tradet; III. *Historiam Germanicam* denuo aufpicabitur; Si qui *Statuum Europaeorum Notitiam* optauerint, paratam sibi nostram operam habebunt.

D. IO. HENR. SCHVLZE publice Græcos poetas explicabit. *Privatam*, aut, si qui experierint, priuatissimam operam nauabit illis, qui vel ad eloquentiam vel antiquitatum doctrinam institui cupient.

DANIEL STRAEHLER publice hora II. pom. *partem Phil. practicæ generalem* interpretabitur: *privatim* vero 1) *cursum philosophicum* in GOTTSCHEDI *erste Gründe der gesamen Weltweisheit* iterum aperiet, atque hoc semestri absoluet; 2) *Theologiam naturalem* ad ductum *thesium suarum* demonstrabit; 3) *Logicam* suam, quæ publice, sub titulo, *scientia rationis*, prostat, illustrabit; 4) *Aritmeticam, Geometriam & Trigonometriam* duce WOLFIO tradet. Harum *lectionum horas & initium* ex tabulis publicis indicabit.

FRIDERICVS WIDEBVRG a X-XI. *historiam vniuersalem* tradet, duce RVENDORFIO in *der Einleitung zur Historie der vornehmsten Reiche vnd Staaten*; ab XI-XII. *historiam Imperii Germanici*, præeunte STRVUIO in *der Einleitung zur reuschischen Reichs-Historie*, iunctis obseruationibus suis, prostantibus in officina Rengeriana; publice a II-III. *collegium sili elegantioris*, qua adhuc consuevit, industria continuaturus est. Initium priuatarum lectionum erit finitis nundinis Lipsiensibus d. 19. Octobr.

THEOD. CHRISTOPH. VRSINVS publice præleget hora XI-XII. CL. BAVMEISTERI *Philosophiam recens controversam*. *Privatim* *Cursum philosophicum* instituet in S.R. WALCHII *Einleitung in die philosophische Wissenschaften*, ita quidem vt hora X-XI. *Logicam, Metaphysicam & Physicam*; hora autem II-III. *Ethicam, Jus Naturæ, & Politicam* tradat; hora III-IV. Illustris nostri HEINECCI *Elementa philosophiæ rationalis & moralis* interpretabitur; hora IV. *Metaphysicam* docebit ad ductum thesium suarum: *Aufangs-Gründe der philosophischen Wissenschaften überhaupt*. Singulis autem Saturni diebus hora II-IV. *Collegium disputatorium theoretico-practicum* habebit in recentissimas philosophiæ controuersias.

D. IO. HENR. CALLENBERG publice suæ scholæ theologiae addet, hora VI. vespertina diei martis, libellorum nonnullorum, mixto ex ebraea, rabbinica & germanica lingua sermonis genere, (quod *iudaicogermanicum* vocare solent) scriptorum expositionem. *Privatim* prælectiones offert philologicas in alteram *Novi Testamenti Græci* partem, & in codicem *Ebraicum*.

IO. EHRENF. ZSCHACKWITZ, Prof. Ord. Hor. IX. mat. *Geographiam Historico-Politicam* exhibebit, & quidem ea methodo, vt *Historia nouissima* cuiuslibet Regni & Reipublicæ, & quæ cum illa connexa, simul demonstraretur, ac dilucidetur Hor. X. mat. ex *Introductione sua, Heraldicam*, & quidem quoad eius genuinam ac veram Originem Praxinque docebit, adhibebitque *Familiearum illustrium* ipsissimam originem, & quæ etiam cum illa combinata. Hora I. diebus Mercurii & Saturni lectiones *publicas* continuabit. Initium *omnium* harum Curarum fiet d. XIX. instantis M. Octobr. Siquidam Dnn. Commilitonum *Historiam Specialissimo-Nouissimam*, & quidem a Temporibus MAXIMILIANI I. desiderant, me aditu suo honorent.

EXTRAORDINARIAE.

D. HENR. BASS finitis nundinis Lipsiensibus, præleget *privatim* 1) *Praxin Medicam* cum cautelis & selectis remedium formulis hor. X. & V. 2) *Commentabitur* in B. BOERHAVII *Institutiones Medicine* hor. IX. & 3) *Venercos* exponet *Affectus* hor. IV. Publice *Tractatum de Delegationis Apparatu* exponet d. Mercur. & Saturn. hor. X. Initium *Lectionum* erit 19. Octobris.

IO. FRID. CASSEBOHM, Anatom. P. hor. III. pom. *privatim*, in cadaueribus humanis, demonstrabit ossa, musculos, viscera, vasa sanguifera & nervos, quarum partium preparationi horas a IX. ad XII. antemer. destinavit: publice tradet *Anatomiam theoriã*, simul cum methodo secandi humani corporis partes.

ALEXANDER GOTTLIEB BAUMGARTEN publice perget in informanda *philosophicæ encyclopediæ sciagraphiã*, potiores philosophiæ partes logicam stricte dictam & proprie, metaphysicam, morale, physicam, quæ coepit, methodo delineaturus: *privatim* autem hora VIII-X. *metaphysicam* suam, hora II-III. *logicam illustr. Cbr. Wolfii vernaculam*, hor. III-III. *ethicam philosophicam* ad ductum typis exprimentarum positionum, annuente summo numine, cogitat interpretari.

IVSTVS ISRAEL BEYERVS, Philos. Prof. præcepta et exercitia epistolica, secundum principia *Neukirchiana*, continuabit publice. *Privatim* h. VIII. matutina, scientiam rationis, duce BAVMEISTERO, & hor. VIII. artem dicendi, præeunte GOTTSCHEDIO, tradet. Hora VI. vespertina *cursum* auctorum classicorum denuo inchoabit a PHAEDRO. Singulis Mercurii diebus *collegio oratorio-practico* præerit, eadem hora sexta. Reliquum tempus Dominorum Commilitonum vsibus consecrabit *privatissimis*.

IO. FRIDERICVS STIEBRITZ, P. T. Deo sanctæ adiuvante 1) *Logicæ* præcepta, præeunte WOLFIO demonstrabit 2) *metaphysicam* scholam denuo aperiet, ad ductum thesium calamo excipiendarum; 3) cunctos *Novi Testamenti* libros cursim præleget, summeque necessariis obseruationibus illustrabit. Denique 4) *Lingua Hebraeorum fundamenta* cupidis Commilitonibus sedulo instillabit. Publice in evoluendis *Relandi antiquitatibus Hebraeorum* perget, easque intra hoc semestere ad finem perducent. Temporis articuli, his laboribus consecrandi, suo tempore ex tabula publica significabuntur.

P. P. in Regia Fridericiana a. d. XXIX. Septembr. cIo 1790 xxxix.

Hala Magdeburgica, typis Ioannis Christiani Hendelii, Acad. Typogr.

HCA





NOTITIA LABORVM

QVIVS

PROFESSORES ET DOCTORES

ACADEMIAE FRIDERICIANAE

PER

MENSES HIBERNOS

CLMDCCCXXXIX.

TAM PVBLICE QVAM PRIVATIM OCCVPABVNTVR

EXHIBITA

PRO-RECTORE

IO. PETRO DE LVDEWIG IC.

CANCELLARIO PERPETVO

POTENTISSIMO PORVSSIAE REGI A SANCTIORIBVS

CONSILIIS ET REGIMINIS IN HOC DVCATV SACRI

ET CIVILIS, COLLEGII ICTORVM PRAESIDE, AERA-

RII PAVPERVM DIRECTORE, DYNASTA IN

BENDORFF PRAETZ ET GATTERSTAEDT.

LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IOACHIMVS Lange publice, praeter confuetum examen dogmaticum, hora IX. partem Theologiae *moralis*, ad ductum libelli sui de hac editi, tractabit; privatim vero hora III. *sermones Christi Ioannes* interpretabitur.

D. GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS tradita adhuc introductione generali in Pfalterium, specialem in singulos Pfalmos addet. Perget etiam in paraenesis confuetis ex epistola ad Titum monita pastoralia suppeditare, additis etiam aliis, quae quouis tempore status auditorum exposcet. Asceticis horis priorem Pauli ad Corinthios ad vsus vitae Christianae porro transferet. Denique exercitia homiletica rursus continuabit.

D. CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS publice hora II. principis prophetarum Etsiae vaticinia explanabit; *privatim* vero hora IX. confuetas praelectiones in N. Testamentum continuabit, Acta Apostolorum & S. Pauli epistolam ad Romanos.

SIGM. IAC. Baumgarten publice diebus Lunaticis sacra, *historiam religionum secliarumque* creationem diebus Solis hor. III. & *disputationes* *privatis* scholis hor. VIII. *theol. dogmaticam* ad hor. XI. quatuor reliquis a collegio publico theticarum proponet integrum annum; hor. II. priorem ad *Corinthios* interpretabitur: *privatim*

D. BENEDICTVS GOTTLOB CLAVS civ, quae in Vener. Senioris D. LANGII oeconomibus *Lunae, Mercurii, Iouis & Saturni Epistolas* habet. H. III. *Institutiones homileticas* breuib; aliis dominicalibus & festiualibus petitis illustrab; collegio *disputatorio* vero die *Mercurii* H. I. comment. de veritate religionis *evangelicae* exhibi *Christum* *disputationes* exhibere perget.

D. IO. HENR. CALLENBERG publice, prioribus tribus mensibus, scholam habebit *moralis, antisibetica, parrificae*, nec non *historiae*; reliquis vero mensibus *isagogicam*, quae *stamenti librorum lectionem*. Continuabitur quae *industrialiam philologia* impendet.

D. IO. GEORG. KNAPP publice h. 5-6. *mentis* incipiet. h. 11-12. in reliquis V. T. libri *geographis, succinctiores lectiones exegeticas* concientem illorum intelligentiam, atque ad vsum



Rem. 86101

